

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Simplicitas i  
cum fonte primo

Simplicitas sine rectitudine dissoluta est et stulta, rectitudo autem sine simplicitate austera nimirum existit et dura, uerum utraque uirtus coniuncta perfectum reddit hominem.

Beda ibidem (de templo Salomonis super Parabolas libro I).

Et hic rectis iungit simplices sicut et supra cum diceret: *Custodiet rectorum salutem et proteget gradientes simpliciter*, quia nimirum simplicitas sine rectitudine dissoluta est et stulta, rectitudo autem sine simplicitate austera nimirum existit et dura; uerum utraque uirtus coniuncta perfectum reddit hominem.

Beda Venerabilis, *In Prouerbia Salomonis libri III.*, 1, 2 (CCSL 119B, D. Hurst & J.E. Hudson eds., p.37, ll.162-166).